



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Praefatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

518      LEGES ECCLESIASTICÆ

- III. *De iustitia sancte ecclesie.*
- IV. *De vniuersis tenentibus de ecclesia.*
- V. *De reis ad ecclesiam fugientibus.*
- VI. *De fractione pacis ecclesie.*
- VII. *De decimis ecclesie reddendis, de ouibus & porcellis.*
- VIII. *De apibus, & aliis multis minutis decimis.*
- IX. *De his qui ad iudicium ferri vel aqua iudicati sunt per iustiam regis.*
- X. *De denario sancti Petri, quod Anglice dicitur Romescot.*
- XI. *Quid sit danegeldum, & qua occasione sit constitutum.*
- XII. *De multimoda pace regis, &c. Item de manib[us] archiepiscopi, episcopi, &c.*
- XIII. *De thesauris in terra absconditis & inuentis.*
- XIV. *Quid sit regis officium, &c de Carolo & Pippino\* fratre eius \*legi fili exemplum.*
- XV. *De baronibus qui suas habent curias & consuetudines.*
- XVI. *De sacha.*
- XVII. *De soca.*
- XVIII. *De thol.*
- XIX. *De theam.*
- XX. *De infangthebe.*
- XXI. *De Iudeis.*
- XXII. *Decretum regis de usurariis.*

INCIPIVNT LEGES SANCTI EDVVARDI REGIS  
quas in Anglia tenuit, quas Vvilielmus heres  
& cognatus suus postea confirmauit.

P R A E F A T I O.

**P**OSt acquisitionem Angliae Vvilielmus rex quarto anno regni sui consilio baronum suorum fecit submoneri per vniuersos Angliae consulatus, Anglos nobiles, sapientes, & sua lege eruditos, vt eorum leges, & iura, & consuetudines ab ipsis audiret. Eleeti igitur de singulis totius patriæ comitatibus viri duodecim, iureiurando primum coram rege confirmauerunt, vt quoad possent recto tramite incidentes, nec ad dextram nec ad sinistram diuertentes, legum suarum & consuetudinum sancta patefacerent, nihil prætermittentes, nihil addentes, nihil prævaricando mutantes. A legibus igitur sanctæ matris sumentes exordium, quoniam per eam rex & regnum solidum subsistendi habent fundamentum, leges, libertates, & pacem ipsius concionati sunt, dicentes:

LEGES ECCLESIASTICÆ.

I.

Omnis clericus, & etiam scholaris, & omnes eorum res & possessiones vbiicumque fuerint, pacem Dei & sanctæ ecclesie habeant.